[illegible]



# Actum in Castro Præmisliensi feria quarta post festum visitationis Beatissimæ virginis MARIÆ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Octauo.

1628 Julii

## Gluchowski et Dobaniowski Roborant.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Gaspar Venceslaus Gluchowski ab vna et Samuel Dobaniowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporandeatque subiicientes palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet ipsorum seorsim sue pro interesse recognouit. Quia ipsi seac suos successores necnon super bonis sub generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis sibi mutuo et inuicem vna pars alteri parti ac posteris vtriusque partis inscribunt et obligant praesentibus intercisam certam inter se recognoscentes ratione quarumuis rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de Actu et data hic Premisliae die hodierna confectae manibus suis regentium subscriptae et sigillatae vadioque mille centum florenorum polonicalium firmatae in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus generaliter vniuersis tam in toto quam in parte tenere complere exequi et inuiolabiliter obseruare eiusque intercisa et omnibus illius contentis totiesquoties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo. Idque vadio similis Summae Mille

Centum florenos polonicos per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte totiesquoties opus fuerit ad solvendum succumbens. Insuper praenominati recognoscentes partes utraque se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri parti ac posteris utriusque partibus inscribunt et obligant praesentibus inscriptionem praesentem roboriam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim transferre et transportare seque sub seorsivo et speciali vadio mille centum florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis pro tempore et loco supra expressis ad solvendumque succumbendo. Vel etiam praenominatae partes recognoscentes si id eis usui fuerit sibi mutuo et invicem unus alteri suo et alterius nomine dant et concedunt plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem roboratoriam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si ipsimet utraque invicem partes recognoscentes transportarentur. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendumque succumbendo ac pro re aliqua praemissi ex praemissis non completa complendisque praemissis citata ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam partis alteriusque praemissa tenentis aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendumque spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadia praefacta luere inscriptioni

huic



huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eaque omnia obligat eiusque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationes ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes earumque prosequendo nec faciendo ac praemissa omnia pro dictis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Jaworowski Manasterskie Donat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Honestus Stecko Jaworowski sanus mente et corpore ex nunc a terminis districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis praeiuribus et competentiis recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice et per expressum recognovit. Quia ipse bona sua haereditaria vulgo Cwiere roley ad domo et aedificiis ibique constructis in villa Vroze districtus Premisliensis consistentia per se uti recognoscens a Nobili Jiko vruski Chorikowicz nondum donatorio Actis quibus [illegible] acquisita cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate titulo haereditario cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus